

Aduertencias para

deputati dispensare cum Neophytis super voto castitatis [non tamen solenni] ex rationabili legitimaq; causa. Sic concessit Gregorius. 13. ad decennium quartadie Nouembris anni Domini. 1579. et postea Gregorius. 14. die 21. Septembris anni Domini. 1591. extendit ad alios viginti annos, videlicet usque ad diem. 21. Septembris, anni, 1611.

¶ Circa hanc concessionem aduertendum est, qd Auctor Compendij Indici Societatis. §. 4. hanc concessionē valde exēdit his verbis. Possunt presbyteri Societatis, per Generalem Prepositum in India Orientali deputandi, existente rationabili, & legitima causa, dispensare in foro conscientie cum quibusuis, super voto castitatis non solenni. Admonentur tamen nostri à Summo Pontifice, ne hac facultate utantur, nisi vbi expedire existimauerint, super quo eorum conscientie onerantur. Gregorius. 13. ad decennium. 4. die Nouembris anni Domini. 1579. vt est in literis Apostolicis manuscriptis pagina, 57.

¶ Hac facultate vti poterunt Prouinciales, & ij, Superiores, aut professi, quibus ipsam commiserint: ea tamen non videntur

in